Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



28

aduentū. Tria autē ipsa die natiuitatis eius ostensa sunt. quae similiter eius gerebant figurē.

Primū in ipsa natiuitate. quod ē. quintū abinitio horum signorū. Noua in caelo cōtiguis clarior apparuit stella. quā magi id ē speculatores siderū in oriente uidentes. agnouerunt eius splendore xpm regem omniū saeculorū carnaliter natū ēe. Ipsoq; duce adipsum xpm quantotius cucurrerunt.

Haec igitur stella significat gratiā & misericordiā dī. per quam xps omne humanū genus a tenebris animae mortis eripuit. & ad animae lucis gloriā potestatem tributi peruenire. quisquis eius uoluerit obaedire praeceptis.

Sextum signū. circulus magnus aureo colore eodē die circa solem refulsit. xpm dnm nrm animae lucis auctorem ad ēe demonstrans. qui gratia sua inluminat omnem hominē uenientē in hunc mundū. sine cuius dono & gratia. nihil ē humana fragilitas ut ipse ait. sine me nihil potestis.

Septimū signū ē. quod eudem die tota riuolus olei emanabat in urbe roma. Oleum enim grece. apud nos misericordia dicitur. significat magnā & largam misericordiā dī. per quā cōmuniter omne genus humanū xps uenit quaerere. & saluare quod perierat per peccatū adae. secumq; constituit